

127

70 - 277 ✓ 25
245

Semper Pontificis Summi, Generaliaque Concilia in manu qualibet doctrinam concernente aliquod statuerent, aut firmare uoluerunt Sanctorum Patrum prius doctrinam examinantes, nec dum aliquid contra ipsam ordinauerunt, uel ei aliqua ratione silentium imponerunt, quin potius ipsam amplectentes eandem se prosequi semper professi sunt; itaut in 5.^a generali Synodo consens. 3. in fine sic dicatur sequimur per omnia, et Sanctos Patres et Doctores Ecclesie Athan. Hilari. Basil. Gregor. Theologum, et Gregorium Nisenum, Amb. Aug. Theoph. Joannem Constantinopolitanum, Cyrillum Leonem Prochum, et uicissim omnia quae de recta fide, et condemnatione hereticum exponerunt. Similiter et 6.^a generalis Synodus sub Agathone actione 4. Sanctorum Patrum sententiam refert, et illam se sequi testatur, parique ratione cum in 7. generali Synodo de quadam questione dubium consurgeret inter Patres Concilij, multiplici autoritate D. Augustini partem sequendam Concilium probat, et fundat illamq. determinat.

Idem legimus in generali Concilio Lugdunensi, in quo celeberrima illa questio inter Latinos, et Graecos de Spiritus Sancti processione inter alia ex Sanctorum Patrum doctrina deciditur et confirmatur. Eodem modo Leo huius nominis secundus in epistola ad Leonem Imperatorem in definitione in Chalcedonensi Synodo iam stabilita autoritatibus Sanctorum Athanasij, Hilarij, Augustini, Ambrosij, et aliorum contra posteriores Eusebii discipulos, qui contra illum latrabant corroborat, atque confirmat, quem etiam sequutus est Leo alter huius nominis, et qui de quatuor Ecclesie Doctoribus, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, atque Gregorio ita dicit horum quippe Doctorum praeclara et salubria documenta praedictam illustrarunt Ecclesiam, decorarunt uirtutibus, et moribus refirmarunt. Cum ergo sit Sanctorum Patrum et Doctorum Ecclesie autoritas in doctrina, nihil in hac materia, et casu de Conceptione Sanctiss. Virginis decernendum uidetur nisi examinata prius Sanctorum Patrum in hac materia sententia, inspectisq. et consideratis, quae circa ipsam illi ne forte si aliter fiat contingat ipsorum in hac parte doctrinam silentio repellere et eorum autoritatem per hoc in sententijs alijs eneruare. Si enim in una graui materia eorum sententia omittatur ex hoc ad alias eorum autoritates eneruabitur, quo nihil iucundius nouatoribus huius temporis poterit euenire, qui totis uiribus autoritatem Sanctorum Patrum, quae semper expugnantur de medio penitus auferre laborant. Unde quod quidam modo publicauerunt liberandam Sanctam Virginem ab hac infamia, quae dicitur peccato originale contraxisse minus attendunt per hoc Sanctos Patres et Ecclesie Doctores potius infamare, ipsa re ipsa infamatores Virginis nominando, cum illorum plures, illique eximij, et Sanctissimae Virginis deuotissimi affirmant eam in peccato originali fuisse conceptam, ut sic saluare possint eam uere per Christum Dominum fuisse redemptam, et nullus ex Sanctis Patribus dicat eam absq. peccato originali conceptam fuisse. Licet quidam per non legitimas sequelas id ex aliquibus dictis pauca Sanctorum Patrum inferre, et deducere conentur ut coram fel. record. Paulo V. fuit comprobata immo et Pontifices Summos 4. Alexandrum 6.^m Pium V.^m Paulum V.^m qui utramque sententiam sub probabilitate relinquunt, dum liberam cuique facultatem tribuunt sic uel sic opinandi, et nequis alteram condemnet expresse praecipunt, et etiam re ipsa Infamatores Virginis



215
appellant, cum liberam facultatem Christi fidelibus tribuant ad tenendam sententiam, qua
miam in Sanctissimam Virginem ponunt. Quare istis hoc modo oppositis D. Bonau
ex minorum familia Doctor egregius in 3. sententiarum d. 3 p. 2. postquam premiserat se
tiam auerentem Sanctissimam Virginem in originali fuisse conceptam magis convenientem
quia ut ait ferè omnes illam tenent inter alia ita respondet pietati etiam fidei magis concordet
eo quod et si mater habenda sit in reuerentia, et magna erga ipsam habenda sit deuotio multa
habenda est erga filium, ex quo est ei omnis honor et gloria. Et ideo quia hoc spectat ad excellentiam
dignitatem Christi quod ipse est omnium saluator, et Redemptor, et quod ipse omnibus aperuit
radix ianuam, et quod ipse pro omnibus mortuus est, nullatenus ab hac generalitate B. V.
Maria excludenda est ne cum matris excellentia ampliatum filij gloria minuat, et ne
mater prouocetur qua magis uult filium extolli, et honorari, quam se ipsam, ut creatorem
Parique ratione alij ex eadem familia Aluarius Pelagius Episcopus et Doctor pretendentes se deuotio
ni esse in eius defendenda Immaculata Conceptione dicit in deuotos Virginis esse, uel in deuotos
uere cupiunt, qua uerba sine contradictione in omnibus libris, et manuscriptis in Bibliotheca
Sportiana reperiuntur inueniuntur. Cum ergo defendere Conceptionem Immaculatam deuotio
non sit ut uterque author ex Minorum familia testatur, et opposita pietati fidei magis
concordet, ut S. tenet Doctor Ecleria Bonauentura, quam ut alij fertur, omnes defendunt,
modo illi perpetuum silentium etiam in particulari imponetur, et os Sanctis Patribus clausum
nec illorum sententia etiam in particulari quis temere prouit, potissime quia hoc contra
Summorum Pontificum qui supra induiti sunt procedit, ipsi enim liberam faciunt
facultatem in hac controuersia sic uel sic sentiendi et auerendi qua procul dubio facultas
tolleretur si neque in particulari quis tenere possit, imò contra ultimum decretum Pauli V.
quia in illo ipse testatur se per illud nosse illi sententia prouidicere. Quis autem dubitat magis
prouidicium sententia alicui fieri si eam neque in particulari quis tenere possit, aut de illa
sententia probabili etiam in particulari loqui? Similiter quis non iudicet quod si alicui sententia
perpetuum ponatur silentium ita ut nec in particulari quis eam tenere possit haerit illam
determinare et implicite quodammodo diffinire controuersiam pro altera parte, non auditis nec
sideratis in hac materia sanctorum Patrum doctrinis? Quid autem opponitur quod fratres Predicatorum
res hanc habent consuetudinem, ut penetrent domos, ut notum est, nec aliquod scandalum
particulari conserget, ut etiam manifestum est, dato autem fratrem aliquem ea Predicatorum
familia in hoc excedere, precipiendum esset Nuncio Sni Domini in Hispania commoranti,
de ueritate informati, uel aliquos excedentes puniet. Itaque ad omnia inconuenientia tollenda,
faciendum simul cum ista controuersia pro pace, et tranquillitate Ecclesie uelut Paulo S. no
plicebat silentium perpetuum utrique parti imponendum est sicut in questione de Sanguine
an fuerit totus qui fuerit in passione diffusus in resurrectione reuinctus sicut persona diuina, uel
uel non factum fuit postquam silentium utrique parti iniunctum est, nihil penitus de illa sententia
quis loquutus est, et in Summa pace Ecclesie quieuit, uel quod humiliter Predicatorum familia

petit Sanctissimus Dñs Nŕ seruatis seruandis Apostolica definitione fidem ab omnibus in hac mate-
ria tenendam uniuersali Ecclesia proponat, quam fratres Prædicatores diffundent, prædicabunt, et
usque ad sanguinem sicut semper facere conueuerunt, propugnabunt.

Quod uero defensores Immaculate Conceptionis scriptis tradiderunt sententiam D. Thome i. p. q. 81. ar. 3. dicen-
tis quod secundum fidem Catholicam est tenendum quod omnes homines præter solum Christum
ex Adam deriuati peccatum originale ex Adam contrahunt alioquin non omnes indigerent redemptio-
ne que est per Christum, quod est erroneum, que sunt ibidem D. Tho. uerba expressa; Quod in qua
scriptis tradiderunt iam hanc D. Thome sententiam errorem in fide esse, minus attendunt quod id
re ipsa damnatur in Concilio Generali Florentino in illa Bulla Eugenij à Concilio approbata in ses. 2.
ita determinatur; firmiter credit, profitetur et docet S. Romana Ecclesia neminem unquam ex
uiro feminaque conceptum à diaboli dominatione fuisse liberatum, nisi per meritum mediatoris Dñi
nŕ Iesu Christi, qui sine peccato conceptus natus, et mortuus humani generis hostem peccata nra
delendo solus sua morte prostrauit, et regni coelestis introitum quem primus homo cum omni
successione perdidit, reserauit. Notentur ibi uerba illa; Neminem inquam ex uiro femi-
naque conceptum & et illa alia quem primus homo peccato proprio cum omni successione perdi-
derat & que simul ad inuicem se declarant et manifestant omnem ex Adam descendentem ex
uiro et femina conceptum peccato primi hominis introitum Regni Coelestis perdidisse, et
ipsum primum hominem peccato proprio cum omni successione sua hoc perdidisse. A quo
generalitate tantum Concilium excepit cum de eo dicit qui sine peccato conceptus etc. quæ
est ipsissima D. Tho. doctrina uerbis inductis etc.

Santum ergo abest quod illa sit in fide error quod potius per Sacri Concilij Generalis definitionem
fidei uidetur expressum confirmatum. Notanda uero præclara uerba ad marginem in illa
fidei definitione posita, que sic habent explicatio fidei circa humani generis redemptionem. At-
tendenda tandem maxime est temporis circumstantia, qua Sacrum Concilium Florent. tradidit
definitionem eodem namque fere tempore quo Basilien. schismaticum Conciliabulum in furo-
re schismatis perseuerans in ses. 36. dixit B. Virginem sine originali peccato conceptam, no-
do prout ibi eodem inquam tempore Generale Concilium Florentinum cum pontifice Summo
supradictam definitionem statuit, nec Concilium prædictum, aut D. Tho. in relictis uerbis
aliquid aliud tradunt quam ex fide tenendam prius Apostolus docuit in illa generali sen-
tentia, in quo omnes peccauerunt, quid enim aliud omnes in Adam peccasse, ut dicitur
apostolus, quam omnes originale peccatum in illo, et ex illo contraxisse, quod D. Tho. affirmat
uerbis inductis, quamuis autem pro ueritate illius D. Thome sententia, que ex Sacro Con-
cilio induita sunt satis sufficient, et ostendant quod qui Sancti Tho. illam doctrinam im-
pugnant Concilij prædicti determinationem eneruent adeo potiore tamen abundantiam ui-
rum sicut de Sanctis patribus à principio præmisimus, quam authoritatem habet in Ecclē-
sia Catholica D. Tho. doctrina ex pluribus Summis Pontificibus apertè.

Joan. 22. in Sermone cuius initium est, scitote quoniam Dominus mirificauit Sanctum

18
1323. iterum eius doctrinam laudans illam non sine diuina infusione Sancti Thomae habuisse aperitissime docet simile tradit Clemens 8^{us} cuius ad praesens uerba omitto, ut
que Innocentius 6^{us} in quodam sermone de laudibus D. Thomae ad uerbum ut referam huius
doctoris doctrina praeteris excepta canonica habet proprietatem uerborum modum dicendum,
tatem Sententiarum itaut nullus qui eam tenuit inueniatur a ueritatis tramite deuiare
et qui illam impugnauit semper fuerit de ueritate suspectus.

Deinde Urbanus 8^{us} in quodam Breui ad Archiepiscopum Tolosanum, et Doctores illius
ueritatis directo ita dicit nos attendentes quanta a Deo scientia ordinem fratrum praedicatorum,
et uniuersalem Calemiam S. Thomae illustrauit uolumus et terrore praesentium
bis iniungimus ut dicti B. Thomae doctrinam tanquam ueridicam, et catholicam sequamur
eamque studeatis totis forte uiribus uerbis ampliare.

Testatur praeterea Julius 3^{us} Deiparam Sanctissimam simul cum Sanctis Apostolis Petro
Paulo ore proprio D. Thomam de uita eius ac scientia integritate. Pius uero 5^{us} in Breui
incipiente Marabilis Deus sub 5^{ta} Aprilis 1567. etiam testatur Christum Dominum
per imaginem Crucifixi uiua uocis oraculo doctrinam D. Thomae approbare in his uerbis
Bene scripsisti de me Thoma, quod et felicis recordationis Clem. 8^{us} magnifice confirmat
in Bulla sub 22. Nouembrii 1603. sic dicens pie prudenterque cogitanti de hoc
Patrono ad discendo siue uestro diuinae uoluntatis Angelico interprete uita, et Sanctissimae
et miraculis clari Thoma Aquinate cuius doctrina tantum semper fuit tributum, ut
tiana eruditionis suae et diuinum etiam illud habeat testimonium; Bene scripsisti de
Thoma, et in Bulla alia sub 18. Ianuarii 1604. ita dicit idem Pontifex, et dicit
quidem textus est ingens librorum numerus quos ille breuissimo tempore in omni fere
plinarum genere singulari ordine ac mira perspicuitate sine ullo prorsus errore conscripsit
quibus conscribendis interdum Sanctos Apostolos Petrum et Paulum aliquoties habuit.


Quae uero fel. etiam recordationis Paulus 5^{us} in alia de laudibus doctrine D. Thomae tradit
Breuitatem omitto Hanc ergo D. Thomae doctrinam quam testante Joanne 22. non sine
diuina infusione habuit angelicus Doctor, et quam nullus qui tenuit inueniatur a ueritatis
tramite deuiare, et qui illam impugnauit semper fuerit de ueritate suspectus, ut reuelat
nunc uerba Innoc. 6^{us} pronuntiat, quam Urbanus 8^{us} tanquam ueridicam et catholicam
tuendam, et ampliandam praecipit a Deipara Sanctissima simul cum Petro, et Paulo com
mendat immo a Christo Domino proprio ore approbatam in omnibus suis libris quos
Clemens 8^{us} dicit sine ullo prorsus errore conscripsit, hanc inquam si fas est audire, quibus
haec omnia forte ignorantes temporibus istis non formidant scripto errorem iam esse in
publicare contra omnes Summorum Pontificum auctoritates, ita publicantes
Deipara Gloriosa integritatem doctrinae commendat, quae in aliquo, ut error in fide, uel
ipsa Sancta Virgine minimam notam infamiae imponat, ut quam Christus Dominus ore

proprio doctrinam approbet, quae errorem in aliquo circa fidem contineat, uel sua Sanctissima matris in minimo sit iniuriosa, uel quasi errorem ponit aliquis inuenire in huius D. Thomae doctrina aliqua cum Summus testetur Pontifex Clemens illum omnes suos libros rone aliquo errore prorsus conscripsisse.

Videant ergo, et intelligant, intueantur, et fateantur qui ista nunc dicunt S. Thom. in loco citato sicut et Florentinum Conc. in modo inducto secundum ordinariam et communem Legem a Deo stabilitam, et in Sacris Libris traditam dixisse secundum fidem Catholicam omnes homines ex Adam descendentes praeter solum Christum peccatum originale contraxisse, et indignis Christi redemptione. Quae generalis doctrina secundum fidem 2^o est. An vero Virgo ex singulari privilegio ab hac generali lege fuit praeservata, nec D. Tho. nec praedictum Concilium affirmant, uel negant ad fidem spectare quod euidenter apparet, quia cum D. Thomas in specie de Conceptione Beatissimae Virginis agit, qua ipsa concepta fuit licet doceat eam originali peccato fuisse conceptam Doctrinam communem Sanctorum Patrum, et potissime Augustini sic ut semper solet sequendo notandum dicit hoc secundum fidem tenendum esse.

Quod uero de Sixto 4^o solet opponi quod in excoauganti qua festum Conceptionis instituit Sanctam Virginem Immaculatam uocat sicut et Tridentinum postea Concilium, etiam non attendunt quod nec Concilium nec Sixtus conceptionem Virginis dicit Immaculatam, immo in eadem constitutione Sixtus nec Immaculatam nec Sanctam dicit Conceptionem Virginis sed miram. Aliud est enim Sanctissimam Virginem immaculatam appellare, quod omnes Catholici profiteri tenentur, et aliud ualde diuersum immaculatam dicere Virginis Conceptionem quod sub probabilitate relinquatur nec aliqua ratione licet inferre ex eo quod dicitur Beatissima Virgo immaculata immaculata esse illius Conceptionem uel originale peccatum non contraxisse, alia ex eo quod dicatur de Ecclesia totam pulchram esse, et maculam non esse in illa inferri potest Ecclesiam i. totam Congregationem fidelium de qua ad litteram id dicitur peccatum in sua Conceptione non contraxisse. Similiter quia Regius propheta dicit Beati Immaculati in uico inferat qui eos quia immaculati dicuntur peccatum orig. non habuisse non etiam argumentum sumi potest aliuuius momenti ex celebritate festi Conceptionis, ut enim copiosius coram fel. re. Paulo 2^o Atenum est Ecclesia festum Conceptionis celebrat sub certa et indubitata Sanctitate, non sub ualde probabili tantum quia se exponeret periculo celebrandi pro Sancto quod sanctum forte a parte rei non est, sed Ecclesia ipsa dicit non esse certam et indubitatam Sanctitatem pro primo Conceptionis instanti, sed pro certa et indubitata Sanctitate, quae fuerit in primo uel 2^o instanti, ut clarus si opus fuerit ostendetur nunc enim summitate laborum ista breuiter tangimus.

Ad quam Ecclesia intentionem dignificandam et exprimendam aequae commode si iam non magis nomen Sanctificationis, sicut et conceptionis decreuit. Circa quod nomen sicut in alio scripto copiosius ostenditur omnia in hac materia antiquitate apud Ecclesiam plures Religiones diuersasq; certum est nomen tale in sua significat.



115
peccatum in eo qui sanctificatur non presupponere, quod et Christus Dominus ore proprio docuit
cum de se ipso, qui nullum peccatum contraxit, nec fecit nec contrahere, aut facere potuit, cum
quem pater sanctificavit, et misit in mundum, quis autem dicat quod nomen, quod Christus
sibi ipse tribuit, tribui Sanctissime Matri eius sit inconueniens? Similiter, et Sixtus
post institutum Conceptionis festum aucta capitulo Generali Roma celebrati diuini Gradus
confirmavit, in quibus totum generale capitulum ordinavit, quod festum Conceptionis fratres
Predicatores sub nomine sanctificationis celebrarent: quod ergo Sixtus 4^{us} concepit et con-
fiteri modo non uideatur reuocandum. Nec praterea conformitatis cum Romano Breviario
quia in multis alijs ceremonijs approbantibus Pontificibus Summis hac conformitas non seruatur
tum potissime quia conformitas illa tantum a tenentibus contrariam sententiam eo tenentibus
ut sententia Sanctorum per hoc derogari ab omnibus uideatur: omnes namque si modo
nibus circumstantijs consideratis hac mutatio pretextu conformitatis fieret publicarentur
alteri sententia, quam Sancti Patres sequuntur manifeste esse derogatum, et inconueniens
principio huius factum aperire sequitur, quod gauderent summe heretici huius temporis, quod
Sanctorum Patrum sententia silentium impositum fuerit, quo iucundius eis nihil posset euenire.
Nec inconuenit quod in missa sacrosancto sacrificio unitatis Summa conceptionem dicant Sancti
cationem, alij cum in alijs accidentarijs ceremonijs, qualis ita est sine dubio non solum
dicatorum Religio, sed plures alie pluribus id approbantibus Pontificibus Summis uarijs
etiam ac differentes ceremonias retineant, ut sic in uertitu deaurato amittat Regina circum-
amuta uarietate ipsius unitatem diuersis modis, et uijs representante.

[Faint, illegible handwriting throughout the page, likely bleed-through from the reverse side.]

